

Chy

Sammelband

14



M. IO. ABRAHAMI
KROMAYERI

DISPOSITIONES
MEMORIALES

LIBRORVM

7d 6728

APOCRYPHORVM

METHODO FACILI,

ET MEMORIAE ACCOMMODA,

IN

GRATIAM CVLTORVM SCRIPTVRÆ
CONCINNATÆ.

B. GERHARDVS in *Method. Stud. Theol.*

Quisquis hæc membra (summam, partitionem &c.) in quovis Bibliorum capite annotaverit, vel annotata habuerit, is præclarum eruditionis Theologicae thesaurum sibi comparabit, & ad consionum ac disputationum exercitium, adminiculo instructus erit longe utilissimo.

J E N Æ,

Sumptibus TOBIÆ ÖHRLINGII, BIBLIOP.

Literis KREBSIANIS. MDCXCVII.



Ad L. B.

Cum anno superiori, Dispositiones N. T. necessitate quadam compulsus, in lucem publicam emitterem, non putavi fore, ut aliorum librorum V. T. Dispositiones tam brevi illas insequerentur. Sed præter spem accidit, ut labor iste, valde adhuc imperfectus, non quamplurimis solum probaretur; sed & viri in Academiis, celeberrimi, quorum nonnullos habui Præceptores, suasores mihi existerent, ut libros quoque V. T. eadem methodo dispositos, ederem. Horum voluntati, cum non mihi, sed aliis scribam, morem gerendum esse duxi; ideoque, quæ in usum paucorum antea consignaveram, reuidere atque emendare cepi, daturus operam, ut cum Deo & die (si quidem ratio officii, quod nunc gero, permiserit) V. T. libri omnes, Dispositionibus memorialibus, *Germanica B. Lutheri Versioni accommodatis*, inclusi prodeant. Ordinem tamen hujus laboris mei arbitrii esse volo, & cum superiori anno a parte Scripturæ posteriore fecerim initium, jam Dispositiones librorum Apocryphorum cum cultoribus Bibliorum communicare volui; quibus proximè Prophetici succedent, donec ordine retrogrado a fine ad initium pervenero. Interim L. B. valeat, & his qualibuscunque dispositionibus perfruatur.

LIBER JUDITH,

FIDEI ET AVTORIS INCERTI
EXHIBET

Liberationem populi Judaici,

& sub hac

exemplum imperii divini in superbos

duabus partibus, quarum sistit

I. PERICULUM c. I- VII. habet 7.

II. AUXILIUM c. IIX- XVI. habet 9.

Periculum c. I- VII. habet, 7.

CAP. I. Prælium Regum maximorum:
hujus.

Causa: fasstus Regis Medorum
urbem munitiss. extruentis v. 1- 4.
in potentia præidentis v. 5.

Actus v. 6.

Eventus, Rex Medorum vincitur ib.

Consequens, superbia victoris,
agentibus obsequium flagitantis v. 7- 9.
resistentibus graviter minitantis v. 10, 11.

CAP. II. Ultio in resistentes

Deliberata v. 1- 3.

Demandata :

*mandatarius v. 4.**mandatum ipsum v. 5, 6.*

Apparata

exercitus collectione v. 7, 8,

commeatus comparatione v. 9, 10,

expeditionis susceptione v. 11.

Executioni data

trans Euphratem v. 11, 13.

cis Euphratem v. 14-17.

CAP. III. Ultio continuata, in

Syros, qui eam

avertere student

deprecatione iræ v. 1- 3.

deditione omnimodâ v. 4, 5.

exceptione honorificâ v. 6- 8.

nihilominus subeunt v. 9-11.

Edomitas v. 12.

CAP. IV.

CAP. IV. Terror Judæorum

Causa v. 1.

Gradus v. 2.

Effectus:

*apparatus defensionis v. 3-6.**pœnitentia publica, facta**precibus: hæ ut**effusa à populo v. 7-9.**confortata à Pontifice v. 10-13.**sacrificiis v. 14.*

CAP. V. Relatio de Judæis (Nachricht)

Occasio, inquisitio Holofernis v. 1, 2.

Autor v. 3.

Partes:

*Exordium v. 4.**Enarratio: enarrat populi Judaici**ortum v. 5.**cultum v. 6, 7.**fata in**Egypto v. 8-11.**deserto v. 12-17.**Canaan, quam**occuparunt v. 18, 19.**amiserunt in deportatione v. 20.**recuperarunt v. 21.**Conclusio v. 22, 23.**Effectus v. 24-26.*

A 3

CAP. VI.

CAP. VI. Periculum propius imminens;
hujus

Indicina, facta per Achior: hujus

ablegatio per milites

denunciata v. 1-5.

demandata v. 6.

expedita v. 7, 8.

exceptio à Judæis v. 9.

enarratio coram populo v. 10-12.

Remedia :

preces v. 13, 14-20.

spes in Deo, dum m. Achio rem solantur

verbo v. 15-17.

facto v. 18, 19.

CAP. VII. Judæorum angustia: harum

Causæ:

obsessio urbis :

mandatum v. 1, 2.

actus v. 3.

consequens a parte Judæorum v. 4, 5.

præcisio canalium v. 6.

custodia fontium v. 7-11.

Gravitas v. 12.

Effectus :

promissio ad deditionem v. 13-17.

lamentum publica v. 18-20.

spes vacillans v. 21-24.

CAP. IIX.

Auxilium per Judith a IIX-XVI. habet 9.

sistitur Judith, ut;

Auxiliatrix IIX-XII. v. 11.

Triumphatrix v. 12. c. XIII-XVI

Judith Auxiliatrix in

CAP. IIX.

Senaculo, quâ

personam: ubi

genus v. 1.

matrimonium v. 2, 3.

viduitas v. 4.

pictas v. 5-7.

Acta:

diffidentiam reprehendit

in quibus? v. 8, 9.

quibus argumentis? v. 10, 11.

meliora suadet

quenam?

populo poenitentiam v. 12-17.

senioribus confirmationem civi-

um v. 18-21.

quo fructu? v. 23, 24.

spem liberationis facit v. 25-28.

CAP. IX.

Oratorio, quâ

Gestus v. 1.

verba

laudatoria v. 2-4.

petitoria: petit

prostitutionem hostium.

petitio ipsa v. 5-7.

argumenta v. 8-10.

animum imperterritum: ubi iterum

petitio v. 11.

motiva v. 12-13.

A 4

CAP. X.

CAPUT X.

Via ad hostem: ubi,

Apparatus:

*circumponit ornamenta v. 1. - 5.**secum sumit alimenta v. 6.*

Actus s. iter ipsum

*egressus è Bethulia:**actus v. 7.**adjuncta v. 8 - 11.**progressus per castra: ubi excubitorum**occurso v. 12.**inquisitio v. 12 - 14.**admiratio v. 15.**approbatio v. 16, 17.**ingressus ad Holofernem v. 18 - 21.*

CAPUT XI.

Tabernaculo: ubi

Holofernis amica compellatio v. 1 - 3.

Judith prudens responsio: hujus

tenor:

Holoferni valde blanditur

*promissione victoriae v. 4.**laudibus potentia & sapientia v. 5, 6.*

statum populi subdolè exponit, ut qui

*jam peccaverit v. 7 - 9.**porro peccaturus sit v. 10, 11.*

se contra idololatriam cautè munit v.

12 - 14.

affectus v. 15 - 17.

CAPUT

CAPUT XII.

*Erario & cœnaculo**Erario: hujus**Commodatio v. 1.**usurpatio, descripta*

negativè v. 2, 3,

positivè, reservat sibi licentiam exeundi

& redeundi, hæc ut

*petita v. 5.**concessa v. 6, 7.**usurpata v. 8 - 10.**Cœnaculo:**Invitatio Holofernis*

mandata v. 11, 12.

expedita v. 13.

comparitio Judith:

promissa v. 14, 15.

facta v. 16, 17.

bilaritas utriusque

simulata à Judith v. 18 - 20,

excedens in Holoferne v. 21.

CAPUT XIII.

*Cubiculo s. dormitorio: ubi Judith**Ingressus v. 1 - 4.**Acta:**ardenter orat v. 5, 6.**hostem obruncat v. 7 - 9.**Egressus v. 10, 11.*

A 5

Judith

Judith triumphatrix v. 12. c. XIII-XVI.
habet 3. cum dimid.
Propalatio sive manifestatio victoriæ,
facta

excubitoribus v. 12.

senioribus: ubi

convocatio v. 13-16.

manifestatio ipsa, facta

denunciatione prestiti auxilii v. 17. & 20, 21.

extractione capitis amputati v. 18, 19.

effectus

gratia liberatorum v. 22.

benedictio Osæ v. 23-25.

Achior: manifestationis

modus, verbalis & realis v. 26-28.

effectus v. 29-31 & v. 6. c. 1.

CAPUT XIV.

Ipsis hostibus:

occasio, eruptio Judæorum a

Judith præcepta v. 1-5.

populo facta v. 7.

modus: inpotuit

Cubiculariis, per frustra tentatam ex-
pergefacionem

extra cubiculum v. 8, 9.

in cubiculo v. 10-23.

Ducibus per proclamationem Bagoæ

v. 24-26.

Cap.

Cap. XV. Prosecutio victoriae. Gratia
erga victricem,

Prosecutio victoriae:

ansa, hostium fuga v. 1, 2.

modus, Judaei partim

hostes insequuntur v. 3-7.

castra praedantur v. 8, 9.

Gratia erga victricem, per

encomium & benedictionem v. 10-13.

largitionem pretiosorum v. 14-16.

Cap. XVI. Victricis reliqua.

Gratiae erga Deum

verbales per canticum: ubi

propositio v. 1.

tractatio hujusque pars

generalis v. 2, 3.

specialis de Assyriorum

invasione v. 4, 5.

devictione v. 6-13.

generalis iterum, ubi laudat Deum

perium, in

creaturas omnes v. 14-17.

ipsum timentes v. 18.

gentiles v. 19, 20.

reales v. 21-23.

Status privatus v. 24-27. 29.

Mors v. 27, 28.

Memoria v. 30.

Öecono-

OECONOMIA LIBRI SAPIENTIÆ

{ Autor : putatur Philo, qui tamen Salomonis personam induit.

Huio libri notetur

{ Argumentum, de sapientia: continet partim

{ doctrinas c. I-VI. habet 6.

{ exempla a VII-XIX. habet 13.

{ Salomonis, cuius Autor personam gerit a VII-IX. habet 3.

{ Sapientium a X-XII. habet 3.

{ aliorum Insipientium a XII-XIX. habet 7.

CAP. I.

CAP. I. Generalia de Sapientiæ

medio v. 1, 2.

impedimento :

assertio v. 3.*probatio*, à *sapientiæ*

sede v. 4.

origine v. 5.

proprietas, de qua agit

theoreticè

affirmando v. 6.

confirmando v. 6- 10.

practicè dñi *dehortatur* à peccatis in

specie v. 11.

genere v. 12- 16.

CAP. II. Vivi impiorum colores: depingit

Pestilentes errores, de hominis

morte v. 1- 3.

vita v. 4- 5.

vitam Epicuream: hujus

specimina

commestiones & luxu v. 6- 9.*persecutiones justorum*: harum

modus v. 10, 11, 19, & 20.

causæ 12- 18.

censura v. 21- 25.

CAP. III.

**CAP. III. Speculum providentiæ divinæ,
hanc sistens in**

Genere, erga

Pios, in

morte v. 1 - 3.

vita, ubi fata

tristia v. 4 - 6.

leta v. 7 - 9.

Impios v. 10 - 12.

Specie, erga parentes

steriles pios : horum commoda

apud Deum v. 13 - 15.

inter homines cap. s. v. 1, 2.

fœcundos illegitimos, quorum semen
extinguitur, quod indicat

nude v. 18 - 19.

allegorice c. s. v. 3 - 5.

**CAP. IV. Solamina in morte justorum
præmatura**

Nervosè indicata: sunt

quies v. 7.

perfectio ætatis v. 8, 9. & 13.

complacencia Dei v. 10. & 14.

immunitas à seductione v. 11, 12.

Ab impiis non animadversa: hujus rei

culpa v. 15.

causa v. 16 - 18.

pœna v. 19, 20.

CAP. V.

Cap. V. Dies iudicii omnia manifestans,
Vitam nempe

Piorum, quod iusta fuerit: ubi

quibus manifestetur? v. 1.

quomodo? v. 2-5.

Impiorum, quod iniusta fuerit: ubi impiorum

propria confessio v. 6, 7.

fera poenitentia: deplorant vitam ante actam

damnum v. 8.

fugacitatem v. 9-12.

malitiam v. 13-15.

Præmia

piorum, v. 16, 17.

impiorum: horum

autor v. 18-21.

ratio v. 22-24.

Cap. VI. Instructio dominantium: ubi

Motiva:

damnum iniustitiæ v. 1.

judicium Dei:

adversus quos? v. 2-5.

quale?

rigorosum v. 6-7.

iustum v. 8, 9.

Monita

commendata sive incalcata v. 10-12.

prescripta, de sectanda sapientia, huius

facilis acquisitio v. 13-17.

initia v. 18-19.

præmia v. 20-23.

ortus & natura, cuius declarationem pro-
mittit v. 24-27.

Exem-

Exempla à VII-XIX. habet 13.

Autoris a c. 7-9. habet 3.

Cap. VII. Instructio de acquirenda sapientia exemplaris: ubi sapientis

Sors cū reliquis hominib9 comūnis, quā

conceptionem v. 1, 2.

nativitatem v. 3.

educationem v. 3-6.

Media, quibus Sapientiam comparavit:

preces v. 7.

amor & æstimium sapientiæ v. 8-10.

Felicitas per sapientiam acquisita:

divitiæ v. 11.

lætitia v. 12, 13.

amicicia cum Deo v. 14-16.

scientia v. 17-21.

Encomium sapientiæ (quo scientiam simul probat) ob

naturam, ortum & usum v. 22-31.

CAP. IIX. Desponsatio mystica

Desponsatio ipsa v. 1.

Desponsati

Sponsa: hujus

nobilitas v. 2.

dignitas v. 3.

eminentia præ rebus aliis v. 4-7.

dotes: quæ

consilia v. 8.

autoritas & *hæres* v. 9-11.

celebritas v. 12.

prudentia in imperio v. 13-14.

delicia v. 15-17.

Sponsus v. 18-20.

CAP. IIX.

CAP. IX. Preces pro Sapiaentia.

A quo petita? v. 1-3.

quomodo? v. 4.

quibus motivis? desumpta sunt à

precantis

naturali indigentia v. 5, 6.

statu v. 7-9.

scopo v. 10-12.

omnium hominum ignorantia, hujus

damnum sive malum v. 13-16.

remedium v. 17-19.

Exempla aliorum a c. X- XIX. habet 10.

Sapientum c. X- XII.

CAP. X. Usus sapientiæ exemplis comprobatur

Adami v. 1-3.

Noæ v. 4.

Abrahami v. 5.

Lothi v. 6-9.

Jacobi v. 10-13.

Josephi v. 14, 15.

Mosis & totius populi Israëlitici v. 16-22.

B

CAP. XI.

CAP. XI. Sapientiæ regimen in
populo Israelitico: hujus*ductio per desertum v. 1, 2.**defensio contra hostes v. 3.**potatio à petra v. 4 - 10.*Ægyptiis: quos afflixit per
*beneficia Israelitarum v. 11-15.**horrenda judicia: de his quomodo**exercita sint v. 16, 17.**exerceri potuerint v. 18 - 21.*

toto mundo: ubi elucet omnisapientis

*potentia v. 22, 23.**clementia v. 24- 27.*CAP. XII. Pœna Sapientiæ, in
Canaanæos: horum*peccata v. 1 - 7.**pœna, punivit illos**clementer per homines, non bestias**pro merito peccatorū v. 8-9.**longanimiter concedendo tempus**pœnitentiæ 10-14.*

Israelitas, quos punivit parcendo

*modus v. 18, 19.**caussa, ex parte**Dei v. 15 - 17.**Israelitarum v. 18, 22.*

Ægyptios idololatrias: horum

*peccata v. 23-24.**pœna**illusoria v. 25.**feria v. 26, 27.*

Exem-

Exempla Insipientium C. XIII- XIX.

habet 7.

CAP. XIII. Insipientia idololatrarum, co-
lentium

Creaturas : hujus idololatriæ

Ratio v. 1, 2.

Improbatio :

taxatur hominum cœcitas v. 3- 5.

monstratur inexcusabilitas:excusatio

tentata v. 6, 7.

rejecla v. 8, 9.

Imagines:horum insipientia elucet ex i-
doli

structura, dum materia corruptibilis v. 10- 14

usura; dum invocatur, quod vita experts est

v. 15. 19.

CAP. XIV. Idololatriæ

Exemplum in navigantibus : ubi navis

usus v. 1- 7.

abusus : hujus

peccatum v. 8.

supplicium v. 9- 12.

Ortus : tribuitur partim

nimia hominum venerationi v. 13- 17.

adulationi artificum v. 18- 21.

Fœditas patens ex idololatrarum

cultu v. 22, 23.

vita, contra tabulam preceptorum

secundam v. 24. 27.

primam v. 28- 31.

B 2

CAP. XV:

CAP. XV. Ejusdem argumenti, de
idololatriæ præservativo, quod cognitio
Dei: hujus

præstantia v. 3.

usus: facit contra

securitatem v. 1, 2.

seductionem v. 4 - 6.

idololatrarum vanitate, dum

alios in arte emulantur:

modus v. 7 - 9.

causa v. 10, 11.

vitam pro questu reputant v. 12, 13.

mutos & surdos invocant, v. 14 - 16.

res se longè vitiores colunt v. 17 - 19.

CAP. XVI. Judicia Dei in Ægyptios &
Israelitas

Ægyptios: quos Deus punivit

vermibus v. 1.

locustis v. 9.

tempestatibus v. 15, 19, 22.

Israelitas: horum

lata, per

cibationem v. 2 - 4, 20, 21.

creaturarum ministracionem

modus v. 23 - 27.

scopus v. 28, 29.

tristitia:

species v. 5, 10, 11.

remedia

signum v. 6 - 8.

verbum v. 12, 14.

CAP. XVII.

CAP. XVII. Tenebræ Ægyptiacæ: harum
causa v. 1 & 2.

gradus & densitas v. 2-5.

adjunctum, apparitio spectrorū v. 3. 4. 6.

effectus, terror & pavor: hujus

causæ augentes

interna, conscientia peccatorum

indicata v. 7-11.

probata v. 12, 13.

externa v. 14, 18.

ratio s. magnitudo v. 19.

oppositum v. 20, 21.

CAP. XIX. Gratia Israelitis facta per
collationem bonorum: quorsum

lux in Ægypto v. 1, 2.

columna ductrix in deserto: hujus

usus v. 3.

oppositum v. 4, 5.

impletio promissionum & institutio cul-
tus v. 6-9.

conservationem a malis

cade primogenitorum Ægyptiis illata: quæ
erat

universalis v. 10-13.

divinitus immissa v. 14-19.

furore iræ divinæ: hic ut

imissus s. grassans v. 20.

lenitus s. desinens v. 21-25.

B 3

CAP.

CAP. XIX. Antithesis Judæorum & Ægyptiorum in exitu ex Ægypto: ubi

Ægyptii pereunt:

causa v. 1-4.

modus v. 5, 6.

Israelitæ evadunt

medium v. 7, 8.

consequens

proximum v. 9, 10.

remotum v. 11, 12.

Ægypto: ubi

Ægyptii puniuntur: hic iterum

causa v. 13, 15.

modus v. 16-20.

Israelitæ servantur v. 21.

LIBER TOBIÆ,

ITIDEM DUBIAE FIDEI ET ORIGINIS
sistit historiam utriusque Tobia

& in hac

exemplum remuneratae pietatis & obedientie

tribus partibus

I. Continet historiam Senioris c. I. IV.

habet 4.

II.

Junioris c. V-X. h. 6.

III.

utriusq; a XI-XIV.

habet 4.

Hi-

HISTORIA SENIORIS a I- IV, habet 4.
 CAP. I. Tobia (de cujus genere & fatis
 v. 1, 2.) pietas in

patria erga

Deum 5, 6.

proximum v. 3, 4, 7, 8.

suos v. 9. 10.

Affyria: pietatis

specimina v. 11, 12.

premia sc.

gratia Regis, hujus

conciliatio 6. 13, 14.

usurpatio 6. 15 - 17.

conservatio in periculo: ubi

periculum 6. 18. 22.

auxilium 6. 23-25.

CAP. II. Tobia activa & passiva

Activa

Instructio convivii pro piis v. 1.

humatio defuncti

facta v. 2 - 7.

reprehensa v. 8, 9.

Passiva:

cacitas

divinitus immissa v. 10. 12.

patienter tolerata v. 13.

acerbe exprobrata v. 14. 18.

jurgium domesticum:

ansa v. 19 - 21.

actus v. 22, 23.

CAP. III.

CAP. III. Antidotum contumeliarum u-
surpatum à

Tobia sc. preces: harum

ardor v. 1.

tenor: continent

deprecationem v. 2. 5.

precationem v. 6.

Sara: ubi contumeliarum

venenū quā materiā & formā v. 7. 11.

antidotum: preces

petitoria v. 12.

eucharistica: harum

tempus v. 13.

contenta: laudat div.

*misericordiam, quā nix a libera-
tionem à contumelia
petit v. 14-21*

*temperamentum tristium & latio-
rum v. 22, 23.*

fructus v. 24, 25.

CAP. IV. Monita paterna.

Commendata v. 1, 2.

Data: hortatur ad

honorem erga parentes v. 1-5.

timorem Dei v. 6.

liberalitatem & eleemosynas v. 7-12. v. 17-18.

castitatem v. 13.

humilitatem v. 14.

equitatem v. 15, 16.

providentiam v. 19, 20.

repetendam pecuniam v. 21.

fiduciam in Deo v. 22.

CAP.

HISTORIA JUNIORIS a V- X. habet: 6.

CAP. V. Obsequium filii in
omnibus promissum v. 1.
repetitione pecuniæ

impeditum aliquandiu: ubi impedimentum

enatum v. 2.

sublatum v. 3.

prestari ceptum

lectione comitis: hæc ut

jussa v. 4.

facta v. 5-10.

probata & confirmata: ubi

Patris postulatio v. 11-15.

Comitis stipulatio v. 16-23.

susceptione itineris:

actus v. 24.

consequens v. 25-29.

CAP. VI. Acta itineris

Captura piscis:

occasio v. 1-3.

actus v. 4, 5.

consequens: usurparunt piscem par-

alimenta v. 7.

(tim ad

medicamenta v. 6-8, 10.

Colloquium de matrimonio cum Sara

occasio v. 11.

tenor:

comitis consilium v. 12-14.

Tobia delectatio v. 15, 16.

comitis instructio de

expulsione Asmodi v. 17-20.

cohabitatione matrimon. 21-23.

B 5

CAP. VII.

**CAP. VII. Sponsalia Tobiaë
Sponsi adventus & exceptio**

incogniti v. 1-6.

cogniti v. 7, 8.

Sponsaliorum solennia:

sponsi petitio:

occasio v. 9.

tenor v. 10.

parentum consensus et promissio

impedita primum v. 11.

impetrata tandem v. 12, 14.

sponsæ traditio:

actus v. 15.

adjunctum, votum ib.

consequentia v. 16-20.

**CAP. IIX. Cohabitatio desponsatorum
in thalamo**

Modus: cohabitarunt

cauté v. 1-3.

piè, dum fundunt preces ad Deum:

excitatio ad illas v. 4-6.

recitatio v. 7-10.

Adjunctum, metus Raguelis

proditus

fossione sepulcri v. 11, 12.

inquisitione per ancillam v. 13, 15.

expulsus per latum nuntium: hujus

delatio v. 16.

effectus v. 17-19.

Consequentia:

epula secunda v. 20-22.

testamentum v. 23.

CAP. IX.

CAP. IX. Iter Comitis ad Gabel : hujus
Motivum, petitio Tobiz,

laudantis fidem v. 1, 2.

postulantis ulterius auxilium v. 3 - 5.

Iter ipsum : ubi

abitus & adventus v. 6, 7.

reditus cum Gabel qui

gratulatur v. 8 - II.

convivium unà ceebrat v. 12.

CAP. X. Mora Tobiz

Creans parentibus sollicitudinem

patri v. 1, 2.

utrique v. 3.

matri: hujus

querela v. 4 - 6.

solamina v. 7. 8.

Finita per dimissionem : hæc ut

petita v. 9, 10,

impetrata: ubi

dotis traditio v. 11.

voti additio v. 13.

sponsæ instructio v. 13.

HISTORIA UTRIUSQUE a XI- XIV. habet 4.
CAP. XI. Reditus Tobix in patriam cum

Comite Angelo

ab angelo maturatus

tempus & locus v. 1.

modus v. 2, 3.

adjunctum 4, 5.

a matre desideratus v. 6.

utrique parenti latissimus v. 9-12.

patri utilissimus per restitutionem vi-
sus: ubi

medium

commendatum v. 7, 8.

usurpatum v. 13.

adus v. 14, 15.

consequens v. 16, 17.

Sara sponsa: hujus

adventus v. 18.

exceptio v. 19, 20.

CAP. XII. Gratia pro salvo conductu
Deliberata v. 1-5.

Oblata v. 6.

Recusata ab Angelo, qui

gratos ad Deum remittit v. 7-10.

rem omnem aperit: quod

promittit v. 11.

præstat quâ

fata Tobix v. 12-14.

suam personam v. 15-20.

tandem evanescit v. 21, 22.

CAP

CAP. XIII. Preces Tobia Senioris, qui

laudat Dei providentiam v. 1, 2.

excitat ad Dei celebrationem v. 3, 7.

adhortatur ad pœnitentiam v. 8, 9.

benè ominatur Jerusalem: huic precatur

reductionem populi v. 11-14.

restitutionem cultus v. 15.

liberationem ab omni malo v. 16-20.

restaurationem urbis v. 22, 23.

CAP. XIV. Reliqua Tobia

Patris: hujus

vita, que

diuturna v. 1, 2.

partim afflicta v. 3.

tandem pie terminata v. 4.

mors v. 4. & 2.

Verba novissima, continentia

prædictionem de

Ninive v. 5, 6.

Jerusalem v. 7-9.

adhortationem v. 10-13.

Filii: hujus

migratio ad socerum v. 14, 15.

obitus v. 16.

posteritas v. 17.

ECCLESIASTICUS

olim πανάγετος dictus

minusque scatens erroribus, quam reliqui
apocryphi, a tribus autoribus confectus
est (Heidegg. Ench.)

Jesu avo, Siracide filio & Jesu Siracide ne-
pote: partibus absolvitur duabus (ut
vocare lubet)

GNOMOLOGICA a I - XLII. habet 42.

DOXOLOGICA a XLIII - LI. habet 9.

Pars Gnomologica continet omnis ge-
neris gnomas a c. I - XLII. habet 42.
unde commode subdividi nequit, nec
capita accurate disponi.

CAP. I. Sophiologia generalis, de Sapi-
entia

Prima origine v. 1 - 4.

medio consequendi v. 5 - 8, v. 30, 31.

Subjecto recipiente v. 9.

Initio sc. timore Dei: hujus

*excellencia v. 10.**commoda partim*

spiritualia	} mixtim recensentur a v. 11 - 28.
corporalia	

*impedimentum, contentus verbi v. 29.**oppositum, hypocrisis v. 32 - 36.*

CAP. II.

CAP. II. Virtutes præcepti primi

Patientia :

*monita v. 1- 4.**motivum v. 5.*

Spes & fiducia : hujus

*natura v. 6, 7.**commoda v. 8-10.**exempla v. 11-13.**oppositum, desperatio v. 14-17.*

Timor Dei : hujus

*ratio v. 18, 19.**conjuncta : amor & humilitas v. 20-23.*CAP. III. Instructio juventutis, quæ
colat parentes, qui considerantur*absolute**regulæ, v. 1, 2. 8, 9.**rationes à**voluntate Dei v. 3.**colentium præmiis v. 4-7, 10.**et vitiosis v. 11, 12.**in senectute v. 13-17.*

studeat humilitati (confer. 1. Pet. 5.)

*v. 18-20.*caveat sibi a temeritate & polypragmo-
sine v. 21-30.

(membra posteriora etiam ad alios pertinent)

CAP. IV.

CAP. IV. Ternarius præceptionum.

Misericordia facienda

petenti eleemosynas

quomodo v. 1-5.

cur? cap. præc. v. 31. 34. & v. 6.

stanti coram iudicio

quomodo? v. 8-10.

cur? v. 11.

Sapientia sectanda: hujus

*fructus v. 12, 16.**subjectum v. 17-22.*

Iustitia exercenda erga

*seipsum v. 23-26.**alios in*

foro v. 27-33.

extra forum in

*seruandis promissis v. 34.**gubernanda familia v. 35, 36.*

CAP. V. Ternarius prohibitionum

Securitas fugienda: hujus vitii

*causa felicitas & opes v. 1-3.**ratio v. 4-6.**damnum v. 7.**oppositum sc. conversio ad Deum v. 8-10.*

Inconstantia in sermone cavenda: hujus

*natura v. 11.**oppositum v. 12.**remedia v. 13, 14.**damna v. 15.*

Nemo obtrectandus v. 16 - fin.

CAP.

CAP. VI. Directorium conversationis:
ubi ostendit conversationis

Modum: hic

fugienda: sc. pruritus carpendi v. 1-5.

observanda:

omnibus humanitas probanda v. 6.

non facile fidendū, nisi amicis probatis: ubi

monitum v. 7.

fundamentū, quia multi amici falsi: horum

indoles v. 8-13.

oppositum v. 14-17.

Normam sc. sapientiam, quam quis con-

Studio & cultu: hujus

(sequitur

modus: studendum illi sedulo & constanter

proxima v. 29-34.

(v. 18-28.

conversatione cum sapientibus v. 35, 36.

meditatione verbi Dei v. 37.

CAP. VII. Homo rectē se gerens ut

Civis erga

pares v. 1-3.

superiores v. 4, 9.

inferiores & afflictos. v. 11-15. & 35-39.

Paterfamilias in

acquirendo victu v. 16.

gerendo matrimonio v. 21, 28.

tractandis amicis & servis v. 20, 22-24.

educandis liberis v. 25-27.

colendis parentibus v. 29, 30.

cultor Dei: qui colendus

corde v. 17-19, 31, 32.

ore v. 10.

opere v. 33, 34.

C

CAP.

CAP. IIX. Vitia præcepti quinti

Lites v. 1-5.

Exprobrationes v. 6.

epichærecacia v. 8.

despicientia & fastus v. 7. 9-12.

conversatio cum violatoribus hujus præcepti v. 13-18.

jurgia &c. 19-23.

CAP. IX. Prudens conversatio cum

Conjuge: ubi vitanda

*Zelotypia v. 1.**γυναικονοχία v. 2.**amores alieni*

cœlibum v. 3- 7.

uxorum: dehortatur ab

*aspectu v. 8- 10.**conversazione:*

regula v. 11, 12.

ratio v. 13,

amicis v. 14, 15.

potentibus v. 16- 20

prudentibus & piis v. 21- 23.

CAP. IV.

CAP. X. Politica Siracidis de
Magistratibus*supremis: horum*

ortus v. 4, 5.

discrimen: quidam sunt

*boni v. 1, 2.**mali, qui*

subditos perdunt v. 3.

tyrannice regunt v. 6. 8.

sefe efferunt: horum

*vanitas v. 7. 9-14.**paua v. 15-20. c. f. v. 4. 6.**minoribus, qui debent esse*

promti & æqui v. 29, 30.

intrepidi v. 31, 32.

prudentes v. 33, 34.

iusti c. f. v. 7-9.

Subditis, qui

*Deum timeant v. 21-23. 25-28.**regentes colant v. 24.**sapientie studeant. c. f. 1-3.*CAP. XI. Chrematistica: de divitiis
acquirendis*fugienda polypragmosyne v. 10.**lente ad divitias tendendum v. 11-13.**ad Deum respiciendum v. 14-17.**verbum ejus meditandum v. 21-26.*

usurpandis: ubi

*luxus vitandus v. 18-20.**caute & provide vivendum**monitum v. 27.**ratio v. 28-30.*

C 2

CAP.

CAP. XII. de Beneficentia & amicitia

Beneficentia : erga quos

non exercenda sc.

ignotos v. 31. & 36. c. præc.

malos v. 32. 35. & c. v. 5-7.

exercenda : erga pios v. 1-4.

Amicitia :

*quando amici probandi v. 8, 9.**quorum amicitia fugienda*

præcepta v. 10-12.

fundamenta v. 12, 19.

CAP. XIII. Regula de familiaritate, quæ

cum

*superbis vitanda v. 1.**potentibus & opulentis**quidem fugienda**regula v. 2.**fundamenta v. 3-11.*

non tamen detrectanda, si offeratur

paribus colenda

(v. 12-18,

regula v. 19, 20.

motiva v. 21-24.

*pauperibus non violanda per**desertionem v. 25.*

contemptum v. 26-29. adduntur quædam

alia de

*debitis v. 30.**fraudibus v. 31, 32.**conscientia c. f. 1, 2.*

CAP. XIV

CAP. XIV. Regulæ de liberalitate erga

seipsum : hujus

*oppositum v. 3-10.**modus v. 11, 12.*

alios

*præcepta v. 13-14.**motiva, quia**parta aliis relinquenda v. 15-17.**retributio speranda v. 16.**omnia caduca v. 18-21.*

CAP. XV. Iterata Tractatio de sapientia:

hujus

Media : quæ ostenduntur

positivè : horum

ratio :

*scrutatio verbi Dei, de qua loquitur**propriè v. 22, 23.**allegoricè v. 24-27.**timor Dei & observatio præcepto-
rum v. 14-21.**utilitas v. 1, 2.**negative : non addiscitur ab impiis :**assertio v. 7, 9.**probatio v. 10, 13.*

Commoda v. 3-6.

CAP. XVI.

CAP. XVI. Vindiciæ Dei in impios, de
quibus agit
theoretice, sistendo vindiciarum

objectum v. 5.

exempla v. 6-11.

causam v. 12-14.

practice : ergo de

impis liberis non gaudendum v. 1-4.

non secure vivendum: ubi

regulæ v. 15-16.

rationes v. 17-22.

CAP. XVII. Doctrina de sapientia divina
commendata v. 23, 24,
proposita

theoreticè : patet ex

concinno rerum omnium ordine
v. 25-30.

hominis

creatione v. 1-5.

gubernatione : quorsum

legislatio v. 6-13.

magistratus institutio v. 14, 15.

rerum omnium observatio v.
16-18.

justa retributio v. 19, 20.

practice : hortatur ad

conversationem v. 21-24.

celebrationem v. 25-27

CAP. XIX.

CAP. XVIII. *Attributa Dei. Triga præceptorum**Attributa Dei**miseriçordia*

specialis erga pœnitentes v. 28.

generalis erga omnes c. f. v. 9. 14.

*eternitas, justitia & potentia v. 29 31. c. f. 1 8.**Triga præceptorum de**non exprobrando beneficio v. 15. 18.**emendatione sui ipsius v. 19. 21.**non differenda pœnitentia**præcepta v. 22, 23.**fundamenta v. 24. 29.*CAP. XIX. *Regulæ ad præceptum 6. & 8 Sextum: ubi vitanda**voluptates in genere v. 30, 31.**commestationes v. 32. 33.**ebrietas v. 1.**scortatio v. 2, 3.**Octavum: ubi vitanda**credulitas v. 4 & 13-15.**scurrilitas v. 5.**loquacitas v. 6. 12.**dura verborum interpretatio v. 16-18.**inastitias & nequitia v. 19-27.*

CAP. XX. Alia ad præceptum octavum de
Correptione proximi v. 1-6.

Taciturnitate v. 7, 8.

*(intercedunt quedam pertinentia ad præ-
ceptum septimum v. 9-16. 30-33.)*

querelis stultorum de perfidia v. 17-20.

loquacitate v. 21, 22.

custodia famæ v. 23-25

mendacio v. 26, 29.

CAP. XXI. Antithesis sapientis & stulti
Sapiens

fugit peccata v. 1-4.

servat Dei præcepta v. 12, 13.

alios doctrina sua instruit v. 14-16.

Stultus: stultitiæ

Specimina:

vim infert seque effert v. 5, 6.

monitorem spernit v. 7, 8, 17, 18.

de alienis ædificat v. 9.

imprudenter loquitur v. 19-21.

disciplinam respuit v. 22, 23.

immodestè se gerit v. 24-31.

damna v. 10, 11.

CAP. XXII.

CAP. XXII. Quaternarius variorum

Piger contaminans v. 1, 2.

liberi degeneres v. 3-5.

stultus incurabilis: ubi

stultum describit v. 7-13.

monita tradit v. 14, 24.

amicicia intemerata: ubi

fugienda v. 25-27.

facienda

fides amico servanda v. 28-30,

causa ejus gerenda v. 31, 32.

CAP. XXIII. Oratio & instructio

Oratio pro avertendis peccatis præcepti

octavi v. 1-4.

sexti v. 5-7.

Instructio de

vitandis temerariis juramentis

regulæ præcipientes v. 8-11,

rationes urgentes v. 12, 18.

servandis præceptis parentum v. 19-22.

fugienda lascivia

omnibus v. 23-25.

conjugibus

marito v. 23-32.

uxori v. 33-38.

CAP. XXIV. Sapientia sui laudatrix.

Ubi se laudet? v. 1-3.
quomodo? prædicat

eminenciam v. 4-11.

habitationem v. 12-15.

augmenta v. 16-19.

fructus

comparative v. 20-27.

absolutè v. 28-32.

fontem qui

divinus v. 33-38.

uberrimus v. 39-47.

CAP. XXV. Laudabilia & illaudabilia.

Laudabilium

ternarius v. 1-3.

nonarius v. 9-17.

Illaudabilia:

ternarius v. 3-8.

vicia mulierum

astutia v. 19-22.

iracundia: hujus

malum v. 23-26. 29-32.

remedium v. 33, 34.

loquacitas v. 27, 28.

CAP. XXVI. Antithesis bonæ & malæ uxoris

bona: hujus

*virtutes v. 1, 2. 16-24.**origo v. 3.**utilitas v. 4.*

mala:

*iracunda v. 5-10.**ebria v. 11.**impudica: impudicitia**signa v. 12.**remedia v. 13-15*

CAP. XXVII. Homines nauci

deferentes bene meritos v. 25, 26.

deficientes a fide v. 27.

decipientes in mercatura v. 28. 1-5.

effutientes inconsideratè

*judicia de aliis v. 6-14.**juramenta v. 15.**maledicta v. 16.*

aperientes arcana: ubi

*malum**damnum } v. 17, 24.*

nutantes oculo v. 25-27.

CAP.

CAP. XXVIII/Regimen cordis & oris
Cordis, quod*non molietur mala. v. 28-30.**non letetur de infortunio aliorum**v. 31, 32.**facile ignoscat**regulae praecipientes v. 2.**rationes impellentes ab**impio & iniquo v. 3-9.**damno & noxio v. 10-14.*Oris, quod sibi caveat à derectationibus:
harum*noxa descripta**absolute v. 15-20.**comparative v. 21-27.**remedia v. 28. 30.*

CAP. XXIX. Mutua hominum officia

Mutuatio v. 1-3. 10-16. ubi & de eleemo-
synisDebiti redditio; ubi describit malos de-
bitores cum*accipiunt v. 4, 5.**reddere debent v. 6-9.*

Fidejussio

*candida v. 17-24.**subdola v. 23.*

gratitudo erga vadem v. 18-22.

hospitis & inquilini v. 25-32.

CAP.

CAP. XXX. de Educatione liberorum &
 Educatio liberorum : (sanitate.

benè instituta: hujus

ratio v. 1. 11. 13.

fructus in

vita v. 2, 3.

morte v. 4. 6.

malè instituta v. 7-10.

Sanitas

corporis, cujus

præstantia v. 14. 16.

oppositum v. 17-21.

animi, quæ servatur per evitacionem

tristitiæ v. 22-25.

iræ v. 26.

cura v. ib. 27.

CAP. XXXI. Plutologia s. doctrina de divi-
 acquisitione v. 1, 2. (tiis, harumque

possessoribus v. 3, 4.

adjuncto periculo v. 5-7.

usurpatio

propriarum

modus v. 8.

fructus v. 9-11.

alienarum: ubi regulæ mensales pro convivis

datæ

prohibentes v. 12-17.

præcipientes: harum

tenor v. 18-22.

fundamenta v. 23. 25.

commendatæ v. 26.

CAP.

CAP. XXXII. Δειπνολογία de
Convivoribus v. 28, 29.

Convivis, quibus decorum præcipit in
accubitu: ubi

temperantia colatur: hujus

ratio v. 30-35.

motiva v. 36-38.

lingua cohibeatur v. 39, 40. & 10-14^o

symbolum detur v. 1-4.

musici ne turbentur v. 5-9.

abitur, qui fiat

in tempore v. 15, 16.

cum gratiarum actione v. 17.

CAP. XXXIII. Regulæ sacro-profanae
Sacrae de

Dei timore v. 18-20. c. f. 1.

castigatione v. 21-24.

via impiorum v. 25, 26.

fiducia in Deum v. 27, 28.

amore verbi v. 2-4.

hypocriti: ubi *hypocritarum*

comparatio v. 5, 6.

objectio, quam

proponit v. 7.

diluit informando & illustrando v. 8-10.

Profanae de

dividendis bonis v. 20-24.

tractandis servis

pigris v. 25-30.

fidelibus v. 31-32.

CAP.

CAP. XXXIV. Timor hominum vanus

Causa: somnia hisque data fides v. 5.

Remedia: dum

vanitatem somniorum ostendis

